

αὐτοῖς μετὰ τὴν τελευτὴν τῷ βίῳ, καὶ ἐνεργῶς ὥστε νῦν, εἰ μὴ πίστιν ἔχοιεν.  
 Διὸ τῷ γὰρ ἑλλήνων Φωνῇ ἐρμηνεύθησαν αἱ γραφαὶ, ὡς μὴ πρόφασι  
 ἀρνοῖσθαι προβάλλεσθαι δυνατῆναι πότε αὐτὸς, διὸ τε ὅντας ἐπανθέσαι, καὶ  
 τὸν παρὸν ἡμῖν, οὐ μόνον ἐθελήσωσιν. Nihil ergo eis post finem uitae prode-  
 rit, etiam si nunc recte operentur, nisi fidem habeant. Propterea enim  
 graeca uoce expositae sunt Scripturae, ut nullum unquam ignorantiae pos-  
 sint praetextum afferre, cum possint, quae sunt apud nos audire, si tan-  
 tum uoluerint; Et, L. II. p. 27. πίστιν πρώτην πρὸς σωτηρίαν νεῦσιν, fidem  
 primam ad salutem inclinationem uocat. In primis autem B. Lutheri no- *Lutheri*  
 stri non fucata, atque nullis Naturalistarum lordinibus inquinata mens, uti *mens*,  
 ipsi, ob sententiam aliquando de spe salutis Ciceronis atque Senecae latam et  
 a QUENSTEDIO, in Syst. P. I. C. VI. Qu. 2. §. 6. et HVTTERO, in Irenico,  
 p. 83. iam expositam, fuit affixa, per BELLOSOBRII conutum, hoc  
 magis, ceu innocentissima, elucescit. N'est il pas, ille inquit, pitoyable,  
 qu'un homme, comme Luther, ait eu la foiblesse d'écrire, que Zwingle étoit  
 devenu tout Payen, pour auoir cru, qu'il étoit possible, que Dieu eut sauvé  
 quelques sages de Gentils? uid. Defense de la Doctrine des Reformés, p. 451.  
 Summa, Lutherus in uerbis: Er hoffe, unser Herr Gott werde Ciceroni *exposita*,  
 und seines gleichen genaedig seyn, quae, cum aliis, Anonymus Auctor des  
 Summarischen Berichts, ab Hulsemanno contractus et Seltzero confutatus,  
 maximopere urget, 1) in Sermonibus Coniuinalibus, de quorum auctorita-  
 te constat, hac protulisse, fertur, 2) gratiam, non gloriae, sed tolerabilioris  
*indicti* (Matth. XI. 22.) intendit, 3) alibi ad Gentiles, conuersos per fi-  
 dem, ex gratia quasi uaga, dum ius mendicandi habuissent antea, tales re-  
 fert, in Genes. C. IV. it. in C. IX. quae, praeter Quenstedium et Hutterum, II.  
 supra allegatis, quasi ex instituto tractat B. SCHERTZERVS, in Colleg.  
*Anti-Calvin.* p. 58. Sint, per nos, adhuc plures, qui ad horum dictorum  
 aduersariorum cohortem accedant; neutiquam tamen multitudo erran-  
 tiū, monente HVLSEMANNO, in Auxil. Grat. fol. 133. errori patroci-  
 nium pariet, ad destruendam ueritatem, quae extat 1. Cor. II. 14. Tὰ 78  
 πνεύματά τῷ Θεῷ scilicet, non capit ἀνθρώπος Gentilium ψυχής, ut po-  
 te quae, ante omnia, cognitionem Iesu Christi, Ioh. XVII. 3. intendant, qua  
 de re deinceps pluribus.

VII. Hoc uero nobis, ad recte adhuc formandam quaestionem, su-  
 perest, ut, quae hic sit infantium Gentilium conditio, paucissimis adhuc *Gentilium*  
*infantium* edisseramus. De his, quadruplicia feruntur iudicia. Alii illis incertam, *conditio*,  
 alii medium, alii beatorum, alii damnatorum adscribunt conditionem. *aliis*